



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Servii Amicvs Fidelis Usque Ad Mortem

Bouchy, Philippe

Coloniæ Agrippinæ, 1660

Subjectum Baptismi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54799](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-54799)

tiones illæ, nihil habent quod formæ perfectioni ob sistat. Adde, verba in quibus tota formæ perfectio consistit (nempe, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, prius tempore operari effectū suum quam particulæ illæ (*& B. Virginis, & Sanctorum omnium*) addantur, & ideo neque ab eis tolli posse, qualem cumque tandem errorem significant.

SUBJECTUM BAPTISMI.

Subjectum Baptismi est quilibet homo natus, existens in hoc mortali corpore sive sit infans, sive adulatus, sive sit vir, sive fœmina ^a

Dicitur *homo natus*, quia non potest baptizari infans in utero matris existens, qui necdum prodiit in lumen: ^b si tamen prodiit aliqua ex parte, baptismus in necessitate administrandus est in qualibet corporis parte, etiam in solo digito, si ne-

^{queat}
*a Bonacina tom. I. fol. 57. b Idem
tom. I. fol. 45.*

queat in capite baptizari. Hanc autem doctrinam ita extendunt aliqui ut ad valorem baptismi dicant sufficere si aqua capillos tantum attigerit : aquia capilli reputantur tamquam partes hominis; unde illis ablatis homo simpliciter dicitur ablutus. Sicuti moribundus in minima sui corporis parte ablui, tunc baptizari potest, ita etiam cum exigua admodum aquæ quantitate. Panormitanus & Innocentius IV. in c. debetum de Baptismo, ajunt, quamcumque guttam aquæ ad Baptismi valorem sufficere : quam opinionem et si aliqui generatim non admittunt, admittunt tamen in favorem moribundorum puerorum, quibus baptizandis, si quantitas major non suppetat, vel unam aquæ guttā sufficere haud gravatè concedunt: b Debet autem

gutta

a Sotus in 4. dist. 3. quest. unic. art. 7.
§. 3. Vasquez tom. 2. in 3 p dis 146.

b Hurtadus de Sacr. Bapt. dist. 1 diff. 6
Propositus in 3 p. D Thom quest 66. art 8
dub. 3. n. 93.

gutta illa non nihil per corpus, vel
per corporis partem defluere; non e-
nim illud ablueret si immobilis per-
manceret.

*An puerō moribundo, quando baptizatur,
susceptor, sive patrīnus debeat adhi-
beri?*

Non est credibile Ecclesiam vo-
luisse obligare parentes ad quāren-
dos patrinos in casu talis necessitatis:
unde nullum extat ejus tale præce-
ptum.^a

Quod si tamen aliquis in ejusmo-
di baptismo, tenendo infantem Sus-
ceptoris muntis obeat, non idē Pat-
rīnus aut Susceptor efficietur. Sus-
cep̄tio enim est cærimonia ab Eccle-
sia instituta ad Baptismum solem-
nem, ac proinde solemnitate defici-
ente, deficit quoque vera suscep̄tio-
nis ratio. Vide Granadum de Sacr. in
3. p. contt. 4. tra. 2. disp. 5. nu. 4. San-
chez de matrimonio tom. 2. l. 7. dis-
put. 62. n. 15.

DE

^b a Sotus in 4. dist. 42 q. 1. art. 1. Hen-
riquez l. 2. c. 18. & alii.